gratie sue quasi areola aromatum irrigaret. ut pasceretur
in liliis hortis 7 lilia colligat. Pascitur in hortis. dum piis sanctorum
laboribus delectatur. 7 lilia colligit. dum ad perfectorum meritorum
candare peruenientes. ad celestia regna perducit. Ego dilecto
meo. 7 dilectus meus mihi. qui pascitur inter lilia. Dilecto meo
locum preparationis preparo in me. 7 ipse mihi apud se. quia semper
in sanctis desideriis mentium castorum pascitur. Hactenus sancte
ecclesie uox est. querentis ac laborantis. Nunc quid requisitus
respondeat. subinfertur. Pulchra es amica mea. suauis 7
decora. sicut ierusalem. Sancta ecclesia suauis 7 decora ut ierusalem
dicitur. quia est. uite desiderium. uisione pacis assimilatur in mente.
Terribilis. ut castrorum acies ordinata. id est. caritate unita. 7 co-
parata. ut nullus locus hosti per malum discordie aperiatur.
Quae solummodo in unitate pacis terribiles hosti. Auerte
oculos tuos a me. quia ipsi me laborare fecerunt. id est. oculis
mentis nobis querere in tue peregrinationis tenere me perfec-
te cognoscere queris. eo certius me incomprehensibilem
me esse intelligas. & tunc queres in uia primum. quod tibi in pa-
tria reseruatur. Capilli tui sicut grex caprarum. que ap-
paruerunt de galaad. Dentes tui sicut grex ouium.
que ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fetibus. et
sterilis non est in eis. Hi uersiculi prius expositi sunt: sed repe-
titio firmitatis est. indicium. In capillis populi: in dentibus
doctores. In gemellis fetibus. duo precepta caritatis intelli-
guntur. Sicut cortex mali punici. sic gene tue. absque
occultis tuis. Bene ecclesie spirituales sunt patres. qui uirtutibus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.2, 16r – Aelredus Rievallensis, Compendium speculi caritatis; Alcuinus, Compendium in cantica canticorum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-it7i/5150/49310)